



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 15. Nicolaum III. corrigit Joannes XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

§. XV.

Sæcul. XIV.
A. C. 1324.

Nicolaum III corrigit Joannes XXII.

Apparet liquido per istas tres sanctiones
Papam Joannem confutare ac rete-
xere Nicolai III decretalem: *Exiit, qui
seminat*: tametsi hoc omni, qua potest,
modestia & circumspetione faciat. E-
tenim tanquam injustum rejicit simpli-
cem usum facti, quem Nicolaus admise-
rat non modo ut æquum, sed etiam ut
præmio dignum: & Joannes hæresim
vocat hanc usus speciem Christo tribuere:
quam tamen Nicolaus ei adscivit. Proin-
de fateamur, oportet, alterutrum ex
his summis Præsulibus errasse hac in re
quanquam solennissime decisa. Nec
vero negabatur tum temporis Papam
hallucinari posse. Scriptor coævus Pa-
pæ litteras: *Quorundam exigit contra*
Fratricellos defendens, tuetur quatuor
propositiones. Prima est: Papa non po-
test decernere quidquam contra id, quod
litteræ sacræ constituunt. Quarta: Il-
le potest decidere contraria iis, quæ ipse,
vel antecessores ejus statuerunt. Pri-
mam probat per quoddam Gratiani ca-
pitulum ita sonans: Si Papa, quod a-
vertat Deus, subvertere conaretur ali-
quid

*Sup. Lib. 87.
§. 33.*

*Sup. lib. 92.
§. 33.*

*ap. Rayn.
1312. n. 54.*

*25. q. 1. c. 6.
Sunt qui-
dam.*

Q 3

quid

Sæcul. XIV. quid, quod Apostoli vel Vates divini do-
 A.C. 1324. cuere, convinceretur erroris potius, quam
 decretum facere diceretur.

ap. Emeric.
 Direct. inq.
 p. 295.

Jacobus Furnerius Cardinalis de S. Prisca, postmodum Papæ Joannis XXII successor proximus sub nomine Benedicti XII, contra Fraticellos scribens in-
 quiebat: Perhibent Nicolaum III affir-
 masse, paupertatem suam esse eandem,
 quæ Christi & Apostolorum fuerit. Ego
 sic respondeo: Licet hæc propositio sit
 in sanctione: *Exiit, qui seminat*, profer-
 tur solum, non demonstratur per sacrum
 codicem: per quem probari contrarium
 posse jam ostendimus. Et vero ejus
 authoritas impulit Dominum nostrum Pa-
 pam Joannem, ut illam propositionem
 declararet hæreticam, si pertinaciter de-
 fenderetur. Etiam si Papa Nicolaus eam
 modo decretorio dixisset, id non obsta-
 ret: quia contrarium divinæ litteræ
 docent, & nunc decidit Ecclesia. Et
 postea: Opponunt: Quod in materia fi-
 dei ac morum semel decrevit aliquis
 Papa, revocare nequit alius. Repono
 id esse falsum. Et pro argumento af-
 fert exempla S. Petri a S. Paulo reprehen-
 si, & S. Cypriani obsistentis præscripto
 Papæ S. Stephani, antequam generale
 quoddam concilium decidisset quæstio-
 nem de baptismo hæreticorum. Sic
 sentiebat hic Cardinalis ob suas dotes
 post-

postmodo in apostolicam euectus sedem: *Sæcul. XIV.*
 & Papam a periculo erroris liberum *A. C. 1324.*
 pronunciantium opinio non nisi post an-
 nos centum ac plures inducta in scho-
 las fuit.

§. XVI.

*Joannes Arragonius Archiepiscopus
 Toletanus.*

In Hispania, postquam Guterius Gome-
 sius Archiepiscopus Toletanus 5 Sept.
 an. 1319 curriculum vitæ contecerat,
 electus in ejus locum Joannes Arrago-
 niæ Princeps, tertius Regis Jacobi II fi-
 lius anno 1320 Ilerdæ consecratus est *Franc. Pisa:*
 præsentibus Chimenio de Luna Tarra- *fol. 152. 198.*
 conensi, ac Petro de Luna Cæsaraugu-
 stano Archiepiscopis. Cum novus An-
 tistes Toletanus sibi, tanquam Primate
 Hispaniæ, in provinciis horum Præsu-
 lum pro jure suo, ut ajebat, crucem suam
 præferri vellet, orta est magna disce-
 ptatio: nam illi hoc postulatum Toleta-
 ni Præsulis non esse decisum, sed litem
 in Romana pendere curia contende-
 bant. Joannes tamen Cæsaraugustæ, *Mariana*
 ubi Ordines regni habebant comitia, viam *l. 15. c. 17.*
 facti corripuit. Tum vero Petrus eum
 anathemate, urbem interdicto afficiens,
 templa omnia occludi jussit. Rex Ar-